


Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

MSS. CODICES
HEBRAICI
BIBLIOTH. I. B. DE-ROSSI
ACCURATE DESCRIPTI

ET

ILLUSTRATI.

....>—○—<....

Cod. i

BIBLIA cum Aphtaròth
seu propheticis Sectionibus,
membranaceus charactere he-
braeo quadrato german. cum
punctis et accentibus in fol.
2 voll. ac 2 col. sec. XIII.

Incipit Exod. vii 10. Ini-
tiales litterae minores pro
more codicum hispanicorum,
sed libri amplio inter se spa-
tio distinguuntur. In Pro-
phetis supra et infra adjecta
est masora magna, in Penta-
teucho, atque Agiographis
nulla praeter keri, quod in
Pent. etiam est rarissimum.
Singularis ac plane novus
est ordo sacrorum librorum.
Post Pent. enim sequuntur
v Meghilloth, seu sacra Vo-
lumina Ruth, Canticorum,

Ecclesiastis, Threnorum, et
Esther, Agiographa, seu Pa-
ralipomena, Psalmi, Prover-
bia ec., postremo Prophetae.
In edita variarum *Lectionum*
collectione unicus est Josuae
x 10, xv 1, Jud. xx 35, 11
Paral. xxxii 25, unusque e
perpaucis codicibus Isaiae
lxiii 11 et Jobi xvi 21,
xxiii 7. De vario ordine
quo in mss. codicibus distri-
bui solent sacri libri variis
que nominibus quibus ab
hebraeis indigitantur, vide
Prolegomena nostra histori-
co-critica p. xxvi et xxvii,
de masora vero, quae iis sae-
pe additur, *Bibliothecam ju-*
daicorum auctorum a nobis
nuperrime editam t. II p. 40.

I

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

2

MSS. CODICES HEBR.

Cod. 2

*BIBLIA cum Masora, membranac. charactere quadrato germ. in 4. 3 col. sec. XII. Usu et aetate detritus, nonnullisque capitibus post I folium quod et ab altera manu est, in Genesi mutilus. Initialia verba librorum ac sectionum majora, Jeremias primus posteriorum prophetarum, deinde Ezechiel, I saias, singularis in Agiographis ordo, Psalmi, Prov., v Volumina, Daniel, Esdras, Nehemias, Job, Paral. Libri poetici alternis lineis distribuuntur, extat masora utraque, parva et magna, sed insignis copia variarum lectionum demonstrat textum sistere plane amasorethicum. Inter eas pretiosae multae. In descriptione variis meis *Lectionibus* praefixa nonnulla Genesis ac Levitici loca adnotata sunt, in quibus est unicus. Iis adde Num. xxiv 24, Josue x 32, I Reg. XIII 20, Isai. xxxiii 2, xxxix 8, LIX 8, Cant. I 3, Esth. II 11, Psal. xcvi 6, Job xix 29, Neh. XII 46, I Par. III 8. Fere unicus est Gen. xxx 42, Deut. xxxiii 16, Isai. IX 6, Ezech. xix 10, Oseae vii 12, Sophon. I 17, Habac. I 12, Prov. XXI 3. Habet rarissimas lectiones Jos. xix 35, Isai. XLIII 2, Jerem. VIII 14, et xxxiii 16, Ezech. XVI 6,*

xxvii 23, Mich. vii 19, Zach. XI 13, Psal. XXII 24, XLIX 13, I Paralip. I 39, XXIV 6, II Par. XXXIII 18, in vocalibus Isai. XXII 14, XXIX 9. Ad calcem legitur antiqui possessoris nota mensis martii an. 234, Ch. 1474.

Cod. 3

BIBLIA cum Masora, membran. german. 2 col. in 4° min. 3 voll. an. 1304.

Librorum ac sectionum tituli exarati sunt majoribus litteris, auroque, et vario colore eleganter ornati, libri poetici alternis lineis divisi, Paralipomena in fronte Agiographorum juxta ordinem codicium hisp. Adest masora utraque, et in fine postremi vol. sequens nota calligraphi: » Absolvi opus rite et juxta constitutionem, et ut dignus fui illud absolvere, sic valeam implere. Scripturam porro exaravit Moses librarius. Ego Moses filius R. Chaiim descripsi hunc librum pro praeceptore meo R. Joab fil. R. Biniamin in urbe Romae, absolvique illum mense ijar an. 5064 a creatione mundi ». Non desunt rarae in textu lectiones, ut Prov. XXVIII 1, Esdr. VIII 16, II Paral. XXVI 23, nec inemendatus est codex, sed occurunt interdum versus vel verba omissa, potissimum similiter desinentia,

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

BIBL. DE - ROSSIANAE.

3

et ad marginem suppleta, quae produnt desribentis oscitantiam. Est in Kennicottiana collatione cod. 574.

COD. 4

BIEBLIA, membr. hisp. in 8.^o 2 col. sec. xv.

Nitidissimus ac pulcherminus codex, qui habet majora initialia verba librorum, servatque in Agiographis ordinem talmudicum, praenente tamen Cantico Ecclesiastem, et Esther Danieliem. Fusus Psalmus cxix metrice est divisus, unicus est Isai. xxI 13, fereque unicus Isaiae xvi 11, xxI 14, xxxix 7 et lxiiI 11, unus vero ex perpaucis Dan. iv 32, I Paral. iv 15, et II Paral. xxI 10. Initio haec leguntur: » Possessio pecuniae meae, ego minimus Menachem fil. Mescullam fel. mem. de Derthona, qui in mei usum describendum illum curavi, quem Pisis degerem, anno 256, » Chr. 1496.

COD. 5

PENTATEUCHUS cum *Targum* seu *chaldaica Paraphrasi* Onkelosi, ac duobus *Commentariis*, R. Salomonis Isaacidis vel Jarchi, vulgo Raschi, et R. Abrahami Aben Ezrae, membr. in fol. max. an. 1322.

In medio sistitur sacer tex-tus charactere hispanico lu-

culentissimo, in laterali columna interiori *Targum* eodem charactere minoris formae cum punctis, ad extre- riorem marginem Commentarii litteris semirabbinicis. Ad calcem: » Absolutus est hic Pentateuchus cum *Tar-gum* ejusque punctis et Commentariis opera Sabaei fil. r. Jehudae fil. r. Biniamin Kanarothu feria v hebdoma-dae die 11 mensis scbât an. mundi 5082, qui est 1254 a destructione sanctuarii quod cito aedificetur in diebus no-stris. Amen ». Est Kennicottianus 554 primum Mantuae collatus, ubi olim servaba-tur. Masora nulla, kerî ra-rum. In Commentariis saepe conspiciuntur variae lectio-nes et emendationes, quae criticum eorum usum ostendunt. Saeppe solent judaei sacro textui sive *Targum*, sive illustiores eorum inter-pretes adjungere, Jarchii po-tissimum, qui tantam apud eos celebritatem obtinuit, ut *κατ' εξοχὴν* legis interpres appelletur. Hinc celeberrimi hujus interpretis non qui-dam, ut ait Wolfius T. I p. 1066, sed infiniti propemo-dum extant sive in publicis, sive in privatis bibliothecis mss. codices. Quos nos pos-sidemus, exhibentes Scriptu-rarum Commentaria, sunt sexagintasex, solius *Penta-teuchi* quadragintaquatuo-r

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

4

MSS. CODICES HEBR.

Jam vero si in iis recentibus efferendoque auctoris nomine, plerumque Jarchii vocabulo et appellatione auctor, non id facio quod veriorē eam habeam, aut firmiorē altera Isaacidis vel Rascii, qua communiter utuntur hebreai, sed ut obsequar Christianorum consuetudini. Non fero tamen quae contra notat Wolfius r. I p. 1057 minus recte dici Jarchium, Iudeis nomen hoc esse ignotum, nullum in antiquitate judaica vel re ulla habere fundamentum, usu magis quam certa ratione a plerisque Christianis usurpari, secutus in re hac Simonium, Acoluthum, Crenium, Loecherum, Lacrozium. In II autem vol. p. 1042 iterum repetit nomen istud Christianis, non Iudeis esse receptum. In quo fallitur apertissime. Etenim r. David Azulai in II parte *Scem aghedolim* fol. 76 testatur se vidisse vetustum codicem, in quo Rascius Jarchii nomine appellabatur ר'א'ח' ב'ם ק'ו'ס'מ'ש'מ'ג'נ'ה' ו'ר'י ל'ש' ר'ב'ש' ו'ל'ל'ה' Vidi in vetusto codice cognominatum *Rasci r. Salomonem Jarchi*. Subditque sub hoc eodem nomine eum afferri in *Compendio Samag*, seu Libri magni praceptorum fol. 38, sibique videri auctorem nostrum vel ejus patrem oriundum fuisse ex Lunel, ac pro-

pterea illum Jarchium vocari. Auctor *Seder adoroth* fol. 52 auctorem nostrum vocat et ipse sub eo nomine, *rabbenu Salomon Jarchi filius Isaaci*. Quod et alias facturos non dubito ex Iudeorum scriptoribus, si penitus extutiantur ac facere praesertim r. Menasse ben Israel, et quidem pluries, nuper rimme observavi in *Bibliotheca judaicorum auctorum*. Quandoquidem autem Rascius etsi Trecis natus, Lunatis tamen diu docuit, quod et auctores multi tradunt, quare ab ejus domicilio, institutione ac praefectura Jarchius appellari non potuit? Ad confirmandam Jarchii denominationem non producimus titulum libri *Lescón limudim*, qui eam aperte praesefert in cod. nostro 800, nam is alterius est auctoris, ut ad eundem codicem demonstramus, non Jarchii nostri, ut perperam a Balmesio ac Wofio creditur. Probat tamen cognomen istud esse apud Iudeos usitatum. Quod et ex auctore altero constat libri *Manhigh*, r. Abraham bar Nathan Jarchi. Haec de Rascio. Aben Ezra palmam ei apud Christianos praeripit, ejusque codices sunt quoque Jarchianis rariores. Qui ejus commentaria in sacros libros exhibent, sunt apud nos vigintiquatuor, ac

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - *Mss. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1*

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

5

solius quidem Pentateuchi quatuordecim, saepe inter se multumque diversi. De utroque auctore ac singulis eorum operibus plura nos commentati sumus in commemorata *Bibliotheca judaicorum auctorum* paucis abhinc mensibus italicice edita, vol. I p. 7 ac 161, de Targum vero, seu variis chaldaicae Paraphrasis generibus volum. II pag. 144.

Cod. 6

PENTATEUCHUS cum *Targum*, *Commentario* R. Salomonis Jarchi et *Aphtaroth* seu *propheticas Sectionibus*, membran. ital. in fol. an. 1449.

In medio stat textus, ad latus exterius chaldaica paraphrasis, punctis et ipsa instructa, in interiori margine Jarchii *Commentarius*. Initialia verba majora, masora nulla, keri rarum. Ad calcem: » Perfectus et absolutus, laus sit creatori mundi, mei manu ego Isaias fil. R. Jacob Masseran punctis instruxi et accentibus Pentateuchum hunc, Targum, *Aphtaroth*, et v. *Meghilloth* in gratiam excellentis viri, intelligentis ac docti R. Menachem filii R. Isaaci fel. mem. de Revere . . . fuitque finis ejus die xxii sivan an. 209 sexti millenarii ab orbe condito hic Mantuae. » Unicus est in servanda Samari-

tani textus lectione Num. xxiv 20, fereque unicus Levit. xli 45 et Isai. lxvi 20.

Cod. 7

PENTATEUCHUS cum *Targum*, *Masora magna* ac parva, et *Commentario* R. Salomonis Jarchi, et R. Mosis Nachmanidis. Accedunt v. *Meghilloth*, seu *Volumina Cantici cantorum*, *Ruth*, *Threnorum*, *Ecclesiastis*, *Ester*, et *Aphtaroth*, seu *Sectiones prophetarum* cum *Targum*, *Masora* et *Commentario* Jarchi, membr. german. in fol. an. 1475.

Elegantissimus et accuratissimus codex. Sacer textus medium occupat locum, *Targum quadratis* et ipsum litteris germanicis, sed minoribus, et cum punctis, interiori columnam, *Commentarius* marginem exteriorem. Librorum exordia majusculis litteris et ornato distinguuntur, ac praeter masoram saepe ad marginem aliorum codicum discrepantiae exhibentur, tum sacri textus, tum chaldaicae paraphrasis. In fine Pentateuchi hoc sui testimonium calligraphus posteris reliquit: » Ego Nathanael fil. R. Levi Hierosolymitani fel. m., ut voluntati obsecundarem ac desiderio nobilis R. Simson fil. Chaiim Ajena, scripsi ei *Commentarium Rasci circum*

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

6

MSS. CODICES HEBR.

Pentateuchum hunc et Aph-taras, et v Volumina, ac praeterea Nachmanidis expositionem Pentateuchi. Punctata etiam sacro textui adjeci, et targumico, et accentus, et masoram magnam ac parvam, ab initio ad calcem omnia facta sunt manu mea auxilio opitulantis Altissimi, cuius nomen exaltetur. Cecidit porro oporis complementum in diem hanc II mensis tebeth an. 5236, „ idest in fin. decembbris an. nostri 1475. Idem Nathanaelis nomen et antea sub librorum finem, et postea occurrit multoties, et post Estheris quidem Additamenta, seu Mardochaei Somnium, quod chaldaice exhibit, a me olim non observatum, familiae cognomen addit Trabot, vel Tarabot, ex Trabottorum videlicet familia, quae erat adhucque est Mantuae. Vide *Specimen pontificii codicis* a me editum p. 16, 17. Sed ex eadem epigraphe patet sacrum et targumicum contextum, in quo potissimum sita est codicis elegancia, alterius peritioris calligraphi manu ante fuisse conscriptum. Patet et ex solo nomine ἡρώς punctatoris, quod sibi attribuit posteriore loco, ubi et flaviori atramento subjiciuntur Variae lectiones orientalium et occidentalium in v Meghilloth.

Cod. 8

PENTATEUCHUS cum *Targum* versibus alternis et duabus *Commentariis*, R. Salomonis Jarchi, et R. Abrahami Sebae. Accedunt sub initium *Scholia* R. Jacob Ascer, ad calcem anonymi *Institutiones linguae hebraicae*, et R. Mosis Maimonidis *Constitutiones dehotoh*, seu *de scientiis*, chart. laevig. rabbin. in fol. 2 voll. in. sec. XVI.

In medio sistitur textus cum chaldaica Onkelosi paraphrasi alternis versibus, uterque sine punctis, hinc inde commentarii. Omnia charactere rabbinico orientali, unde in oriente procul dubio exaratus est codex. Praecedunt in I vol. *Scholia* in Pentateuchum R. Jacobi Ascer, quae ad calcem vocantur sub titulo *Chidduscin*, seu novarum observationum, factaque collatione valde discrepant ab editione CPolitana anni 1514, hujus libri primaria, quam rebus nostris adnumeramus. Inelegans ornatius variis coloris sub initium occurrit, ad calcem vero Pentateuchi sat fusum poema, in quo dicitur conscriptus a Juda fil. Abbae Scemajà et absolutus 5 mensium spatio anno 5074 ab orbe condito, Chr. 1314. Quod quum non patiatur R. Abrahami Sebae aetas, qui

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

7

solo sec. xv inclinante flou-
 ruit, ut tradunt Ganzius,
 Bartoloccius ac Wolfius, hinc
 ab amanuensi omissa censem-
 da sunt centenaria, seu anni
 ducenti, qui si suppleantur,
 annum dant 5274, Chr.
 1514. Maimonidis Constitu-
 tiones deceptae sunt ex ejus
 Jad chazaka, celeberrimo
 Talmudis compendio, de quo
 plura diximus in *Bibliothe-
 ca auctorum jud.* t. II p. 25.

Cod. 9

PENTATEUCHUS cum v *Meghilloth*, et *Targum*, mem-
 bran. germ. in fol. sec. XII.

Incipit Gen. xxvii. 43. Laterali columna et exterio-
 ri extat *Targum*, et quidem cum punctis, ut textus, sed
 minori charactere. Masora fere nulla, vel rarissima, ha-
 bentur tamen interdum in
 margine notae et scholia ad
 sacram criticam spectantia,
 ac litterae praeterea coronu-
 lis ornatae vel detortae ad
 publica describenda volumi-
 na. Quae sequuntur *Meghil-*
lōth, habent et ipsae chal-
 daicam paraphrasim, sed vo-
 calibus destitutam. Rario-
 rem codicis lectionem in
Scholiis nostris protulimus
 ad Gen. xl ix. 28.

Cod. 10

PENTATEUCHUS cum *Tar-
 gum* et v *Meghilloth*, membr.
 german. in 4° in. sec. XI.

Valde vetustus codex, qui
 incipit Gen. xix. 35. Char-
 acter usu ac vetustate detri-
 tus, nulla masora, nullum
 kerì, initiales litterae ma-
 jores, solo excepto Exodi i-
 nitio. Singulares quasdam
 et unicas ejus lectiones in-
 nuiimus in *Glavi codicum
 Variis Lectionibus* praefixa.
 Adde Num. xv. 36. Fere u-
 nicus est Num. xxvi. 57, et
 Eccle. ix. 14, rarus Gen.
 xxxvi. 2 et Num. xxvi. 36.
 Onkelosi textus, qui latera-
 li columna modo cum pun-
 ctis, plerumque sine iis re-
 praesentatur, variis lectio-
 nibus et ipse abundat, inter-
 dum gravioris momenti. Sub-
 jicitur in fine Aphtara יְהוָה,
 seu Isaiae Sectio lv. 6 ad
 lv. 9.

Cod. 11

PENTATEUCHUS cum *Tar-
 gum*, v *Meghilloth*, *Aphta-
 roth*, *Job*, *Proverbiis*, *Maso-
 ra* et *Commentario Jarchi*, in
Jobum vero cum *Comm. ano-
 nymi*, membr. in 4° min. 2
 voll. sec. XII.

Quadratus germanicus est
 character hebraici chaldai-
 cique textus, cum punctis
 uterque, sed hic minoris for-
 mae, ac lateralı columna.
 Posteriori hoc charactere con-
 stat masora quae supra et
 infra conspicitur, rabbinico
Commentarius, qui externum
 occupat marginem. Sub fi-

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

8

MSS. CODICES HEBR.

nem Pentateuchi extat scribae nomen Levi, scilicet Chelpān, ut infra plenius legitur, cui aliud subjicitur Matathiae filii r. Nathanaelis, posteriori vero manu infra adjecta est nota antiqui iudei, cuius nomen abrasum est, testantis audivisse se a r. Meir fil. Senior, quod hic Pentateuchus scriptus fuerit in domo socrus ejus a r. Chalnāka ex exemplari r. Isaaci de Cartzoira. Sequuntur Commentaria Cantic. et Eccles. quae seorsim dantur ad calcem I vol: In fine Esther bis calligraphi nomen exprimitur Levi Chelpān, postrema autem pagina illud r. Meir fil. Senior testimonium repetitur. Raras codicis lectio-nes habes Esth. ix 22, et Prov. xiI 20, plures habet textus Onkelosi. Comm. in Job., instituta collatione, non est r. Sal. Jārchi, sed anonymi auctoris et ut vide-tur, ineditus.

COD. 12

PENTATEUCHUS cum Targūn alternis versibus, Maso-ra, et Comm. Jarchi, item Maimonidis Tikkūn sophe-rim, seu Constitutionibus scri-barum, membr. in 4° min. 2 voll. an. 1311.

Sacer textus cum targumi-co, qui illi singulis ver-sibus subjicitur, charactere constat quadrato germanico,

rabbinico Commentarius la-teralis. Unicus est in Scholii nostris *criticis* Deuter. xxxiiI 21. In targumico cre-bræ extant discrepantiae et correctiones, saepe etiam ad marginem producitur auctoritas et dissensio Maimonidei exemplaris sacri textus. Post Pentat. haec legitur nota : » Targum hoc cum punctis suis descriptum est ex codice, qui allatus est e regione Babylonis, et puncta superne habebat regionis Assyria-cae. Mutavit autem illa r. Nathan fil. r. Machir, fil. r. Menachem de Ancona fil. r. Samuelis fil. r. Machir ex urbe ḥyrrā Oyri fil. r. Salomonis, ejus qui succidit cor-nu derisorum in Romania nomine Dei benedicti, fil. r. Anthus fil. r. Tzadok punc-tatoris, correxitque illum et disposuit ad punctuationem Tiberiensem ». Paullo infra » Benedictus qui dat lasso virtutem, et cui vires defi-ciunt, robur addit. Finitus est et absolutus, sit laus Deo seculi, quoad punctuationem et masoram ad usum r. A-aaron fil. r. Levi. Complevi porro illum feria vI parascā metzavim an. 5071 O. C... Confortetur et roboretur Jom Tov ». In superiori margi-ne: » Ego Jom Tov fil. r. I-saaci disposui vel librav hiunc Pentat., Meghilloth Aphtarōth et Jobum ». Se-

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1
 Giovanni Bernardo De Rossi
 Excerpt
[More information](#)

BIBL. DE-ROSSIANAE.

9

quitur index majuscularum et minuscularum in sacro textu occurrentium, ac *Tikkun sopherim*.

Cod. 13

PENTATEUCHUS et PROPHETAES PRIORES, seu *Josue*, *Judices*, *Libri Samuelis ac Regum*, membr. semirabbin. in 4.^o sec. XIV.

Praecedit pars indicis Psalmorum, in quo numerantur tantum 148, diciturque absolutus per manus Sal. fil. Eliae de tribu Biniamini. Sub finem Pentat. habetur nomen amanuensis Mescullam, qui testatur se illum descriptissime in urbe ירושה Setzi a die IX mensis tebeth ad diem XXX scebbat. Explicit II Reg. xxiv 11.

Cod. 14

PENTATEUCHUS cum v. *Meghilloth*, *Aphtaroth* nonnullis, *Masora*, et *Comm. Jarchi*, membr. in 4.^o sec. XIV.

Germanicus character sacri textus, sed elegans, rabbinicus et incomptus commentarii. Deerat primum folium mea manu supplementum. Praeter masoram utramque criticae interdum notae et exegeticae occurrunt, et sub fin. Pent. calligraphi nomen *Matathiae*. In ordine sacrorum Voluminum, primo, quod singularissimum est, ponitur *Esther*, deinde

Cant., *Ruth*, *Eccle.*, *Threni*. Unicus in *Scholiis criticis* *Deut.* xxxii 49.

Cod. 15

PENTATEUCHUS, membr. semirabb. in 4.^o min. sec. XIV.

In prioribus versibus Genneseos veteri atramento quod prorsus evanuerat, novum superinductum est, initiales majores, masora nulla, nulla scribae, obscuri sane et indiligentis, nota, expliciens verbis *Ad gloriam tuam*, *Domine*. Folio postremo extat nota antiqui possessoris nati sibi filii an. 246, Chr. 1486. Unicus in *Scholiis criticis* *Num.* xxvi 4, *perrarus Deut.* xxxi 7.

Cod. 16

PENTATEUCHUS cum *Targum*, v. *Meghilloth* et *Aphtaroth* membr. rabbin. in 4.^o min. sec. XIII.

Incipit Gen. xv 2. Librorum tituli, seu priora verba majora et aurea, vel argentea, modo nigrescentia, in fundo quadrato varii coloris conclusa. Ornatus alias varii coloris elegantior distinguunt initium cuiuslibet megillae, in quarum ordine illud iterum singulare, quod primo ponitur *Estheris liber*, deinde *Cant.*, *Ruth*, *Threni*, *Eccle.* Rubro atramento exarata sunt initialia verba sectionum legis, et

Cambridge University Press

978-1-108-06008-0 - MSS. Codices Hebraici Bibliothecae I.B. De-Rossi Accurate ab Eodem Descripti et Illustrati: Volume 1

Giovanni Bernardo De Rossi

Excerpt

[More information](#)

10

MSS. CODICES HEBR.

litterae propheticarum, et integrae octo lineae libri Estheris. Exterius latus occupat Targum; interius masora parva. In fine Targum extat nomen librarii Meir, in fine vero totius codicis chaldaicae nonnullae Aphtarae, quarum postrema non est completa. Singularibus variis lectionibus uterque textus abundat, ac sacri quidem quasdam tetigimus in *Clavi codicum*, quibus adde Cant. vii 6. Ex *Scholiis criticis* unicus est Num. xxI 30, xxvII 18, Deut. x 9, xl 18, xxxIII 12.

Cod. 17

PENTATEUCHUS, membr. german. in 8.^o 2 col. sec. XIV vel in. xv.

Nitidus codex, masora nulla, fere nullum kerì, initialia verba majuscula, in lectione saepe singularis, ut loca olim allata in *Clavi codicum* ostendunt, quibus addendus Gen. xxxI 32, XLIX 11, Num: iv 33, xxI 17, xxvI 41, Deut. xxxIII 21.

Cod. 18

PENTATEUCHUS, membr. ital. in 12. in. sec. XIV.

Initialia verba majora, masora nulla, lectionis varietas maxima, saepe singularis et unicus cum Sam. textu vel versionibus antiquis, ut loca in *Clavi codicum* indica-

ta demonstrant. Sed sexcenta loca omissa et ad marginem suppleta, ac crebrae emendationes magnam produnt amanuensis incuriam et supinam negligentiam.

Cod. 19

PENTATEUCHUS, seu *Exodus*, *Levitic.*, *Num.*, *Deut.* membr. hisp. in 8.^o sec. XIV.

Nonnullae tamen litterae ab hispanica elegantia deflectunt, initiales minores pro ritu hisp. codicum, masora nulla, kerì rarissimum, ac praeter singulares quasdam lectiones unicus est Deuter. iii 21, et xxxIII 6.

Cod. 20

PROPHETAES PRIORES ac POSTERIORES seu *Josue*, *Judices*, *Libri Samuelis* ac *Regum*, *Jeremias*, *Ezechiel*, *Isaias*, ac *xII Minores*, memb. germ. in fol. 2 col. an. 1335.

Sic, ut in titulo, Jeremias posteriorum prophetarum primus, Isaias tertius, initiales majores, kerì in textu, crebrae in textu obliterationes et emendationes, crebrae ad marg. vel lectiones aliorum codicum, vel expositiones difficultium verborum, frequentissimae et insignes in textu discrepantiae a masorethico, saepe etiam singulares et unicae. Unicus in collatione Josue vi 20, ix 6, x 33, Jud. iii 11